

DEDICATORIA.

venerari gratiosè dabitur.

Idem etiam **AETERNVS ET MISERICORS DEVS**, Tibi colendissime Mecænas, tuisque omnibus, vt & toti Heluetiæ, Patriæ nostræ desideratissimæ, pro inexhausta sua benignitate, in gloriam nominis sui fauere & præsidere clementer pergat. Votorum verò, quibus Musæ meæ diuinæ & verè paternæ miserationi supplicant caput est omnibus post-habitis mundi honoribus & delicijs, (quorum vanitatem non vulgariter in diuersis meis peregrinationibus, omnium ordinum status & condiciones diligenter arbitrat, expertus sum) per reliquas vitæ meæ dieculas salutis nostræ præconio seruire. Cùm enim **AETERNVS DEI FILIVS** nos ex Satanæ faucibus eripuerit, sui que regni cohæredes fecerit, quare vnus dies in atrijs eius non præstaret mille alibi? quare non eligerem frequentare limen in domo Dei mei, quàm habitare in tentorijs improbitatis? Vale, & cùm Generosis Dominis ab **ERLACH THEOBALDO** Domino in Oberhofen, Collega tuo,

):(): (2

Psalm. 84.

11.